



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Fidei incitamenta sunt quatuor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

**Bernar.** pulabit multis. Et Bernar. Ad cum-  
 lum damnationis uidetur nobis reli-  
 quita fides futuræ promissionis. Tercio,  
 quia fides mortua, fides dæmonum ef-  
 se uidetur, non hominum. Vnde Pa-  
**Auguf.** ter Augustinus. Nolite tanquam de  
 fide securi esse, adiungite fidei recte  
 uitam æternam, ut Christum confi-  
 teamini uerbis uera dicendo, & factis  
 benè uiuendo. nam si confiteamini  
 uerbis & non factis, fides talium pro-  
 priè fides est dæmoniorum. fides cum  
 dilectione fides christiani est, sine di-  
 lectione, fides est dæmonis. Immo fi-  
 des christianorum qui deum non ti-  
 ment, inferior uidetur esse fide da-  
**Iac 2.** monum, illi Deum timent. Vnde Ia-  
 cobus. Tu credis quia unus est Deus  
 benè facis, & dæmones credunt, &  
 contremiscunt. Ecce dæmones uide-  
 runt, & timuerunt, homines uiderunt,  
 & occiderunt. **Gal 5.** **V**uia fides est, qua  
 cum charitate operatur. Fides que  
 per dilectionem operatur; ait Paulus.

*Fidei incitamenta sunt quatuor.*

**1. Cor.**  
**16.**

**Heb. 11.**

**P**rimum est scriptura. Vnde Pau-  
 lus. Vigilare & stare in fide. Se-  
 cundum quia est homini neces-  
 saria. Heb. Sine fide impossibile est  
 placere

placere deo. Quia ipsa est radix & fundamentum omnium bonorum. Vnde in uanum laborauerunt, & laborant, qui sine ea uolunt edificare.

Vnde Pater Augustinus. Videntur ruinam querere, qui sine fide uolunt edificare. Et Paulus. Fundamentum aliud nemo potest ponere, nisi Iesum Christum, idest fidem Iesu Christi.

Gregorius sicut rami sine uirtute radicis arescunt, ita quelibet opera licet bona uideantur, nulla sunt, si a fidei soliditate disiungantur. Quantum uero ad tertium incitamentum, fides deo multum placet. Vnde Ecclesiasticus fides & mansuetudo deo placet.

Hierem. Domine oculi tui respiciunt fidem. De hac materia require in sequenti capite. Beneplacitum est deo. Quartum est quia diabolo multum displicet. De hac materia uide in secundo capitulo. Quintum additur, quia homini multum prodest. sed de materia hac in tertio capitulo uide.

Augul.

Greg.

Eccl. 5.

Hier. 5.

*Fides placet deo propter tria.*

**P**Rimo, quia fides est porta, per quam princeps uniuersorum intrat ad cor hominis. sicut legitur de Beata Virgine, quia prius in-